



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Variorum In Europa Itinerum Deliciæ**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Groningae in Frisia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

Vixit Daniel ann. LXIII. Rosa LVII. In  
matrimonio unâ fuere ann. XXXVII.  
Obiit hæc prid. Id. Jul. ille XVI. Kal.  
Decemb. ann. Christi m. D. XL.

I B I D E M I N G U I L I E L M I T A -  
r u m cœnobio.

Hic jacet vir nobilis Dominus Joannes de Mandevile,  
Al.D. ad Barbam miles, Dominus de Campdi, natus de  
Anglia, Medicinæ Professor, devotissimus Orator, & bo-  
norum largissimus pauperibus erogator, qui toto quasi  
orbe lustrato, Leodii diem vitæ suæ clausit extremum.  
An. Domini m. CCC. LXXI. m. Novemb. die XVII.

I N S C R I P T I O F O N T I S A D Æ D E S C O M I -  
tis Mansfeldia & Petri-Ernesti, extra urbem Lützen-  
burgam, versus septentrionem.

Quisquis huc accedis, si te æstus sitisve urget, hic æstū  
quietus vitato, sitem pronus extinguito, aquam manū  
haurito, os lavato, at pede ne turbato, nudo corpore ne  
polluito, quiescentibus enim carissimæ uxoris manibus  
tranquillam undam sacravit: Mariæ de nomine Mariæ  
fontem nuncupavit: æterni sui amoris testes latentes va-  
sta sub rupe lymphas erui, vivo lapide cingi, æternasque  
fluere jussit P.E.C.M.



G R O N I N G A E I N  
F R I S I A .

D. O. M.

Lamberto Cantero Frisio Gruningensi, Jurisc. clariss.  
Philosopho & Oratori præstanti, Caroli Quincti Sena-  
tori, raro virtutis omnis exemplo, singulari patriæ orna-  
mento, parenti merito longè cariss.

Mm ij

pot-  
li, in-  
flet,  
ecto,  
a pa-  
Vixit

Pietatis & memoriæ ergo Gulielmus F.M.  
P.C.B. Ann. xl. mens. III. Θ. An. ab O.  
R. cI C I C L I I I. VII. Kal. Sextil.

IN HOLLANDIAE  
COENOBIO NON PROCUL  
AB HAGA COMITUM.

Ex GUICCIARDINO.

**I**llustris Domini Florentii, Comitis Hollandiae filia, cuius mater fuit Mathildis filia Henrici Ducis Brabantia, fratrem quoq; habuit Gulielmum Alemaniæ regem; hæc præfata Domina Margareta, an. salutis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, ætatis suæ an. quadragesimo secundo, ipso die Parasceves, hora nona ante meridiem peperit infantes vivos promiscui sexus, numero trecentos sexaginta quatuor. qui postquam per venerabilem Episcopum Dominum Guidonem Suffraganeum, præsentibus nonnullis proceribus & magnatibus, in pelyi quadam baptismi sacramentum percepissent, & masculis Joannes, femellis verò nomen Elisabeth impositum fuissent: ipsorum omniū simul cum matris anima ad Deum aeternaliter victuræ redierunt, corpora autem sub hoc saxo requiescunt.

NB.

*Vera esse qua hic narrantur, testes sunt omni exceptione majores Lud. Vives, Erasmus Roterodamus, & ali, qui etiam occasionem eorum causam rei sic gesta hanc addidit. Margarita hæc mulierculam quandam, gemellos in utero gestantem, & stipem petentem, acerbè increpaverat, quod eam uno partu duos infantes producere potuisse negaret, nisi duorum quoq; virorum commercio usus esset. Mendicatur precibus à Deo contendit, ut in signum innocetis suæ Comitissa gravida tot pareret infantes, quot essent in annis dies. Quod & factum est, ut in Epitaphio præmisso narratur.*

ARNE